

reliquias servant¹⁴. ‘ Cum Virginis effero nomen,
 ipse genu flexit genitor, flexere sorores
 atque simul virgulta comas. Sed prosequar^d inde
 25 que dixi patri. Dixi tunc: ‚Magnus ab Histro¹⁵
 Romani rector populi veniebat et *acri*
*vectus equo*¹⁶ pulchra comitum *stipante caterva*¹⁷
*agminis in medio*¹⁸ sublimis et *altior ibat*¹⁹.
 Sex electores circum totidemque columne
 30 imperii, grandes natu, solusque iuvente
 Ludovicus erat tenere, spes maxima gentis
 Bavarie²⁰, *pictis* qui iam splendebat *in armis*,
*qualis*²¹ Ylas^e vel qualis erat, quem Iupiter alto
 assumpsit celo menseque locavit honori²².
 35 Quid referam proceres vel nobilitatis honeste
 qui regem precessit honor, que^f corpora vidi,
 quos habitus queve *arma virum*²³, quod fulserit aurum?
 Sic domitis quondam victor remeabat eois
 Grecus Alexander, cum se Babilone^g recepit²⁴
 40 ornatum spoliis. Non *illo segnior ibat*²⁵
 Romulidum princeps²⁶. Vidi, quam clarus in armis,
 quam lingua placidus, quantum *decus enitet ore*²⁷.
 Et, si vera docet facies moderamina, quantum
 consilio pollet, quantum virtutis habet rex,
 45 edidici, sacro capiti cum sacra coronam
 dextera^h deferret²⁸. Sed tu, quem nosse futurum²⁹

d) so KMN; prosequor *van Heck*. e) Ylias N. f) queve KMN. g) so
 KN, Babilonie M; Babilonem *van Heck*. h) dextra M.

14) Am 20. Juni 1442 wurden Friedrich III. die Reliquien in der Sakristei des Aachener Doms gezeigt, darunter zuerst das Kleid der Maria; SEEMÜLLER, Krönungsreise (wie S. 534 Anm. 7) S. 638f.

15) Komm. §10 verweist darauf, dass die Donau (Ister) für Austria, die Heimat Friedrichs, steht.

16) Aciri / gaudet equo, *Vergil, Aeneis 4,156f.*; vectus equo, *ebd.* 12,651.

17) Incessit magna iuvenum stipante caterva, *Vergil, Aeneis 1,497*; vgl. auch *ebd.* 4,136.

18) Ipse agmine Pallas / in medio, *Vergil, Aeneis 8,587f.*

19) Sed cunctis altior ibat / Anchises, *Vergil, Aeneis 8,162f.* – Einzug Friedrichs III. in Aachen am 15. Juni 1442.

20) Kurfürst Ludwig IV. (1424–1449), Pfalzgraf bei Rhein und Herzog von Bayern.

21) Pictis conspectus in armis / qualis ..., *Vergil, Aeneis 8,588f.*